

DE CALCVLIS

indignè exhalet : id quod Friderico III. Saxoniae electori primo, pietate, studio pacis, multisq; virtutibus memorando (qui Anno 1593. die 27. Ianuarij in lucem fuit editus) euenit. Is enim pius & sapiens princeps, cum è terra sancta (in quam profectus fuerat, vt vestigia cerneret, in quibus filius Dei ambulauit, docuit, signa fecit, & totius mundi peccata sua morte perfoluit) domum ad suos foeliciter & incolumis redijisset, quod fuit anno 1494. deinceps celeberrimam Academiam Vitebergicam instituit, anno 1502. accitis vndiq; magno labore impendioq; viris doctis, sapiētibus, omnium linguarum atq; doctrinarum peritissimis, quos & honore & beneuolentia profecutus fuit, & liberalissimis stipendijs è fisci proprij facultatibus affecit, quibus etiamnū illorum successores vtuntur, fruuntur. Hoc salutari praeside vera religionis doctrina à sordibus monachorū repur-

repur-